+ Auctoris damnati

HENR. RANZOVII PRODVC. CIMBR.

COMMENTARI-VS BELLICVS, LIBRIS SEX DISTINCTVS,

PRÆCEPTA, CONSILIA, ET STRATE-
gemata, pugnæ terreſtris ac naualis, ex variis Eruditorum collecta ſcriptis, complectens.

Futurus ex vltimis Authoris operibus publicandis.

SERENISS. AC POTENTIS. PRINCIPI, D. D. Chriſtiano IV. Danorum, Norwegorum, Vandalorum, Gotthorumque, Regi &c. a Septuagenario Senatore; vt ſubmiſſæ eius obſeruantiæ & fidei perpetuæ exſtet monumentum, dedicatus, conſecratus.

OMNIBVS IMPERATORIBVS, DVCIBVS, PRÆFECTIS, Chiliarchis, Centurionibus, Signiferis, Archithalaſſis, Nauarchis, Omnibuſque omnino terra marique militantibus, apprime vtilis atque neceſſarius.

Cum gratia & Priuilegio Cæſar. Maieſt.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

1 5 *9 5.*

FRANCOFVRTI
Apud M. Zachariam Palthenium Typographum.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

SCOPVS AVTHORIS AC OPE-
ris Perioche & Apologia.

NOn ego vel Regem, vel quenquam, bella cruenta
  Vt cupiat doceo, decipiatque bonos:
Inſidos hoſtes ſed qua ratione petitus
  Bello Rex ſuperet Marte, vel Arte, meus.
Nam collecta libro ſunt hoc ſtratagemata, quorum
  Et terra, & pelago plurimus vſus erit.
Gens ſiquidem non vna gerit bella, horrida bella:
  Sed toto nunc Mars ſæuit in orbe ferus.
Ambigis, anne dolis vti ſit fas & honeſtum?
  Vi licite arcetur vis inimica viri.
Inſidiæ inſidias pellunt: fallacia fraudem
  Trudit: & ingenium vincitur ingenio.
Ipſa ſinunt hoſtes fallentes fallere iura:
  Ceu prohibent eadem fallere iura bonos.
Aſtus bella iuuat. Leuis eſt laus in Duce dextræ.
  Maxima laus Ducis eſt, plus aliis ſapere.
Ille ſit ingenio Ductor ſi præditus acri,
  Reique ſuas aliqua calliditate gerat.
Vincere ſæpe poteſt cinctos magno comitatu
  Hoſtes, non multis concomitatus equis.
Quod deſcripta probant noſtro ſtratagemata libro.
  Authoris ſtudio Lector amice faue.

Henricus Ranzouius.

EFFIGIES
CHRISTIANI IV. DANORUM REGIS.

ANNO DOMINI 1595. ÆTATIS SVÆ 19.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CHRISTIANO IV.

Daniæ, Norwegiæ, Gotthorum, Wandalorumque Regi electo: Duci Sleswigæ, Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ: Comiti Oldenburgi & Delmenhorſtæ: Domino ſuo clementiſſimo.

VEnuſte admodum & vere Poëtarum princeps cecinit, Sereniſsime & potentiſsime Rex, Domine clementiſsime:

Nulla ſalus bello; pacem te poſcimus omnes. Virgil 11. Æneid.

Hæc enim vt hominibus manſuetis; ſic illa belluis competit immanibus. Quinimo omnibus ætatibus Pax alma Triumphis innumeris eſt habita potior: quod per eam libertas retineatur, Eccleſiæ & Reipublicæ dignitas propagetur, imperia conſeruentur, regiones excolantur, ciues educentur liberaliterq; inſtituantur. Gælica pace vigent, conſiſtunt terrea pace.

Etſi autem pulcra hæc ſunt, & votis ſum-

PROBLEMA BEL-LICVM.

VTRVM REGI VEL PRINCIPI ſit Conſultius, multas habere munitiones, in regnis ac ditionibus ſuis, an vero paucas?

ADditurus Colophonem bellico huic opuſculo, *Rex Sereniſſime*, non abs re me facturum putavi, ſi de quæſtione illa: *utrum multas, an vero paucas munitiones habere, Principi expediat:* ſententiam meam paucis aperirem. Ea enim & affinis eſt præcedentium librorum argumento, & conſideratione quã digniſſima. Etſi autẽ alii aliter de hac re ſtatuant: mihi tamen videtur, Regi vel principi conſultum eſſe, paucas munitiones poſſidere potius, quam multas.

Quæſtio, utrum præſtet paucas in civitates munitiones, ſi quam in bonare? tractat Ioh. Bodinus. De Repub. lib. 5 cap. 5.

Primum enim immenſi ſumtus requiruntur ad illas conſtruendas: quod facile colligi poteſt, ex impenſis, quæ in quarundam ædificationem fuerunt erogatæ. Antuerpienſis etenim 1400000. florenis: Metenſis 6 0000. plus minus: Taurinenſis 00000. coronatis conſtitit. Quantum argenti pondus Sereniſſimus Pater tuus, piiſſimæ memo-

Monſieur de la noue in ſuo diſcourſu bellico.